

quæ ad propriam suam parochiam pertinent) agere, aut eos gravare voluerit; ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis, eique inobediens apparuerit; ad hanc Apostolicam Sedem, cui omnia Episcoporum judicia referri præcepta sunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant.

VII. Item CALIXTUS Papa I. Episcopis Galliarum, Epist. 2. c. 3. [an. 222. Româ in Galliam.] De eodem.

Nullus Primas, vel Metropolitanus Diocesani Ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere, absque ejus consilio, vel judicio: sed hoc observet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & Prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, si quis Metropolitanus Episcopus (nisi quod ad suam solummodo parochiam pertinet parochiam) sine consilio, & voluntate omnium Comprovincialium Episcoporum extra aliquid agere tentaverit; gradus sui periculo subiacet; & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum. Sed quidquid de Provincialium Coepiscoporum causis, eorumque Ecclesiarum, & Clericorum, atque Secularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi consensu Comprovincialium agatur Pontificum; nec aliquo dominationis saltu, sed humillimâ atque concordî administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare: & alibi: Qui major est vestrum, erit minister vester. Similiter, & ipsi Comprovinciales Episcopi cuncta cum ejus consilio (nisi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, juxta Sanctorum constituta Patrum. Et infra. Ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

VIII. Item NICOLAUS Papa I. Rodolpho Bituricensi Archiepiscopo. [c. an. 864. Româ in Galliam.] In Suffraganei parochia nihil absque ejus consilio Metropolitanus agat.

Conquestus est y Apostolatus nostro frater noster Sigedodus Archiepiscopus Narbonensis, quod Clericos suos eo invito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus, eo inconsulto, quasi jure Patriarchatus tui disponas: cum hoc nec antiquitas (cui Patres sanxerunt reverentiam) habeat; & auctoritas sacrorum Canonum penitus interdicit: nisi forte pro causis, quæ apud te terminare non possunt, ad te quasi ad Patriarcham suum provocaverint; vel si Episcopus suus decesserit, res Ecclesie suæ iudicio tuo dispensare voluerint. Primates enim, vel Patriarchas nihil privilegii habere præ ceteris Episcopis, nisi quantum sacri Canonum concedunt, & præca consuetudo illis antiquitus concessit, definimus: ita ut secundum Nicenæ regulas sua privilegia ferventer Ecclesiis: præterquam si Apostolica Sedes aliquam Ecclesiam, vel ipsius Rectorem quolibet speciali privilegio decreverit honorare.

PITH. 19. Radulpho. V. C. Radulpho. Sigedodus. V. C. Sigedodus. Terminare. V. C. terminari. Primates. Citatur in c. duo simul, de offic. jud. ord. Præterquam etc. Sequentia desunt in V. C. & apud Ivonem.

IX. Item BEDA super Apocalypsim, & Angelo Ecclesie Ephesi scribe. [c. an. 720. in Angliâ.] De eodem.

Episcopo scribit, de cuius manu peccata Subditorum requirit: ne sine ejus consensu, Subditus judicare debeat. CORR. ROM. In Glossa ordinaria sic legitur, & Angelo, id est, Episcopo scribit: de manu cuius peccata Subditorum requirit, & sine ejus consensu Subditos judicare non præsumit ipse Joannes.

GRATIAN. Sola enim Romana Ecclesia, sua auctoritate valet judicare de omnibus: de ea vero nulli judicare permittitur. Unde

X. NICOLAUS Papa I. ad Michaëlem Imperatorem in Epistola, cujus initium, Proposueramus. [an. 865. Româ Constantinopolim.] De eodem.

Apostolica Sedes iudicium à nemine est retractandum. Pater a profecto Sedes Apostolica (cujus auctoritate major non est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de ejus licere judicare: juxta quod Innocentius a Papa Rufo, & ceteris Episcopis per Thesaliam constitutis scribens, ait. [Nemo unquam Apostolice culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obvias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.] & Beatus Papa Gelasius b. [Nec de ejus iudicio, (id est, Romanæ Ecclesie) Canones unquam præceperunt iudicari, sententiamque illius, constituerunt non oportere dissolvi; cujus potius sequenda decreta mandaverunt.]

Pater a profecto Sedes Apostolica (cujus auctoritate major non est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de ejus licere judicare: juxta quod Innocentius a Papa Rufo, & ceteris Episcopis per Thesaliam constitutis scribens, ait. [Nemo unquam Apostolice culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obvias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.] & Beatus Papa Gelasius b. [Nec de ejus iudicio, (id est, Romanæ Ecclesie) Canones unquam præceperunt iudicari, sententiamque illius, constituerunt non oportere dissolvi; cujus potius sequenda decreta mandaverunt.]

GRATIAN. Sola enim Romana Ecclesia, sua auctoritate valet judicare de omnibus: de ea vero nulli judicare permittitur. Unde

XI. Item ATHANASIVS Patriarcha Papæ Felici II. [c. an. 356. Alexandria Romam.] In Tomis Conc.

Ab aliis damnatos, vel excommunicatos Apostolica solvit auctoritas. Fuit a semper vestre sanctæ Apostolicæ Sedi licentia iuste damnatos, vel excommunicatos potestative sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, Apostolice punire privilegio: sicut etiam nostris, & anterioribus cognovimus actum temporibus.

XII. Item IBIDEM paulo inferius. [c. an. 356. Alexandria Romam.] De eodem.

Antiquis a regulis sanctum est, ut quidquid (quamvis in remotis, aut in longinquo positus provinciis) super Episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ Sedis vestre fuisset deductum, ut hujus auctoritate juxta quod a fuisset faciendum, pronuntiatio infirmeretur, aut firmaretur.

XIII. Item INNOCENTIUS Papa s. Simo & Silvester in Silvestro Papa I. in Conc. Rom. II. c. 20. Conc. Rom. an. 324. Româ.] Prima Sedes nullius iudicio subiacet.

Nemo h iudicabit primam Sedem iustitiam temperare desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo Judex iudicabitur.

XIV. Item SYMMACHUS Papa i. [an. 503. in Lib. Eadmodii.] De eodem.

Aliorum k hominum causas Deus voluit homines terminare; sed Sedes istius Præsulis i suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit Beati Petri Apostoli Successores Cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discoloris indagari involatam exhibere conscientiam. Nolite estimare eas animas inquisitionis m non habere formidinem, quas Deus præ ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum Reus de alle, nonis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo iudice. Dicas fortitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo, uni dictum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcumque solveris super Terram, erunt soluta in Cælis. Et rursus Sanctorum voce patet Pontificum, dignitatem Sedis ejus factam toto Orbe venerabilem: dum illi, quidquid Fidelium est ubique, submittitur; dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per Prophetam o: Si hac humiliatur; ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquitis gloriam vestram?

XV. Item ANTERUS Papa ad Episcopos Provinciarum Bœtiæ, & Toletanæ. [an. 236. Româ in Hispaniam.] De eodem.

Facta p Subditorum iudicantur à nobis: nostra verò iudicat Deus. Et infra. §. i. Deteriores sunt q qui vitam, morisque Bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum prædiæque diripiunt.

XVI. Item GELASIVS Papa I. ad Faustum Legatum. [an. 493. Româ Constantinopolim.] De eodem.

Ipsi sunt Canones f, qui appellationes totius Ecclesie ad hujus Sedis examen voluere deferri. Ab ipsa verò nullam prorsus appellari debere fecerunt: ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare; ipsam ad nullius commearre iudicium: nec de ejus i unquam præceperunt iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandantur.

P al. terminare.

Concord. Lucius, Epist. 1. c. 3.

Polyc. ibid. 6. Burch. l. 1. c. 60. Ivo, p. 5. c. 10. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27. Ansel. l. 3. c. 88.

al. cum omnium.

Math. 20. Math. 23.

Ivo, p. 5. c. 56. Pann. l. 4. c. 29.

Glossa Ord. ad cum locis Apoc. 2.

GRATIAN.

Ansel. l. 4. c. 75. Ivo, p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11.

Infra, ead. ipsi sunt. S. nec de ejus.

CORR. ROM. Caput hoc apud ceteros etiam Collectores, multis verbis omisis in summam quamdam redactum est.

Innocentius. In Epistola Nicolai, & apud reliquos Collectores est, Bonifacium. Verum neque in Bonifacii, neque in Innocentii Epistolis inventum est quod hic affertur. In ea verò Epistola Nicolai refert etiam alia quædam ex Epistola Bonifacii ad Episcopos per Thesaliam.

PITH. 15. Non. Deest in 2. V. C.

In Tomis Conc.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

Ivo ibid. al. censitum.

In Epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos. Polyc. l. 1. Ansel. l. 1. c. 47. & l. 2. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 7.

Cuncta per Mundum a novis Ecclesia, quod sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de quilibet Mundi parte appellandum est; ab illa autem nemo est appellare permittus. §. 1. Sed nec illa præteritus, quod Apostolica Sedes sine ulla Synodo præcedente, & silenti, quos Synodus inique damnaverat, & dammandi, nulla existente Synodo, quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro suo Principatu, quem Beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenebit.

CORR. ROM. Omnia, quæ in hoc Capite leguntur, habentur in Epistola Gelasii ad Episcopos per Dardaniam: sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa hujus ipsius Capituli verba continentur, in eadem Epistola eodem prorsus modo habetur. Itaque fieri potest, ut ex alia Epistola Caput hoc sumptum sit, quæ non extet: aut Gratianus hæc duo tamquam diversa capitula referat, quod apud antiquiores etiam Collectores distincta reperit. In Epistola etiam Nicolai ad Episcopos Galliarum, quæ nuper est impressa in Appendice Bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio.

XVII. IDEM omnibus Episcopis. [an. 495. Româ in Dardaniam.] De eodem.

Cuncta per Mundum novi Ecclesia, quoniam quorumlibet sententia ligata Pontificum, Sedes Beati Petri Apostoli jus habet resolvendi; utpote, quæ de omni Ecclesia fas habet iudicandi, &c.

XVIII. IDEM Episcopis per Dardaniam constitutos. [an. 495. Româ in Dardaniam.] De eodem.

Cuncta per Mundum novi Ecclesia, quoniam quorumlibet sententia ligata Pontificum, Sedes Beati Petri Apostoli jus habet resolvendi; utpote, quæ de omni Ecclesia fas habet iudicandi, &c.

XIX. Item SIXTUS Papa II. Hispanorum Episcopis, Epist. 2. c. 4. [fortè an. 258. Româ in Hispaniam.] De eodem.

FRatres, quos timore terrene iniuste damnatis, scitote à nobis iuste esse restitutos; quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, intergerimè reddi præcipimus, si non vultis & vos, & Principes vestri à Collegio nostro, & membris Ecclesie separari.

XX. Item STEPHANUS Episcopus Gualberto 16 Patriarchæ. [c. an. 890. Româ in Venetiam.] De eodem.

Cujuslibet Ecclesie Clericos Papa valet ordinare. Nunc verò iteratè tibi scribimus, nolentes alicuius Ecclesie privilegium infringere, licet Apostolica prærogativa possimus de quolibet Ecclesia Clericum ordinare: define jam cujusquam zelo Cumenis a Ecclesie Antistitem protellare: quia si protelaveris, & eum consecrare jam toties monitus non maturaveris; proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

CORR. ROM. a Cumenis. Sic etiam Anselmus, sed apud Ivonem plenius, Define jam cujusquam zelo electum à Clero, & expositum à populo Linciarum Cumenis Ecclesie Antistitem protellare.

PITH. 16. Gualberto. V. C. Walberto. Nunc verò. Paul. Diac. de Gest. Longobard. Centur. tom. 8. p. 685. tom. 9. p. 447.

Ad nos veniens. V. C. cum ad nos venerit.

XXI. Item NICOLAUS Papa I. Michaëli Imperatori in Epistola, cujus initium, Proposueramus. [an. 865. Româ Constantinopolim.] De eodem.

PER principalem a 19 Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, jus habemus, non solum Monachos, verum etiam quoslibet Clericos de quacumque diocesi, cum necesse fuerit, ad nos convocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare.

PITH. 19. Per principalem. Nicol. de Cusa lib. 2. de Concord. Catb. c. 28. p. 76.

GRATIAN. Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum Suffragani Archiepiscoporum, Subditis suis ad malum favore cooperent, atque circa eorum correctiones, negligent extiterint; tunc licet Metropolitanus præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos absolvere. Cum verò Episcopi zelo Divinæ charitatis accensi, Bonos verbo & exemplo ædificent, & Malorum vitia alberta increpatione redarguant; absque talium consilio non licet Metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Unde in fine capituli Martini Papæ b non simpliciter dictum est [nihil agat] sed cum determinatione [nihil presumptivè assumat] absque eorum consilio ut vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis.

CORR. ROM. a Quacumque. Græcè significantiùs, τὸ πᾶσι ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, id est, rectè habet, quæ Ecclesia sunt, ipsi Ecclesia servari oportere.

PITH. 3. Providet. V. C. provideat. Cum tua pervideas, nuncius ipse.

XXII. Item LEO Papa IV. in Epistola ad Episcopos Britanniarum, c. 2. [c. an. 850. Româ in Angliam.] Unaqueque parochia, Episcopi provisione regatur.

Regenda est unaqueque parochia sub provisione, ac tuitione Episcopi per Sacerdotes, vel ceteros Clericos, quos ipse cum Dei timore providerit, cui iure pertinere videtur, & circumire, ut sibi necessarium visum fuerit Ecclesiastica utilitate cogente.

PITH. 2. Regenda. Centur. tom. 8. p. 547.

V. Item EX CONCILIO ANTIOCHENO, c. 24. [an. 341. in Syria.] Iudicio & potestate Episcopi res Ecclesiastica gubernentur.

Quæcumque a res Ecclesie sunt, convenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia precipimus, provideat, atque iudicet, gubernari, & dispensari cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis anime videntur esse commissa.

CORR. ROM. a Quacumque. Græcè significantiùs, τὸ πᾶσι ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, id est, rectè habet, quæ Ecclesia sunt, ipsi Ecclesia servari oportere.

PITH. 3. Providet. V. C. provideat. Cum tua pervideas, nuncius ipse.

tum ad corrigenda vitia Subditorum, sine ejus auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.

CAUSA X.

GRATIAN. Quidam Laicus Basilicam à se factam à Diocesana lege segregare querit: Episcopus Ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit: tandem evincit Episcopus, & per parochias militibus committatus crudeliter delavit: quæ Ecclesie sunt, tamquam sibi debita, usurpare contendit.

I. Modò primum queritur, an Basilica cum omni dote sua ad Episcopi ordinationem pertineat.

II. Secundo, an res Ecclesiarum Episcopis usurpare liceat.

III. Tertiò, quid nomine Cathedralitici à suis Sacerdotibus extigere valeat.

AN BASILICA CUM OMNI DOTE SUA AD EPISCOPI ORDINATIONEM PERTINEAT. QUESTIO I.

DE prima Quæstione sic definitur. GRATIAN. I. Pars.

I. IN CONCILIO ILERDENSI, cap. 3. [an. 524. in Hispania.] Basilica, que consecratur, à Diocesana lege non segregatur.

Si ex Laicis quispian à se factam Basilicam consecrari desiderat; nequaquam eam sub Monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, à Diocesana lege audeat segregare.

CORR. ROM. a Colligitur. In Concilio impresso, ac manuscripto sequitur, vel regula ab Episcopo non constituitur.

II. Item EX CONCILIO TOLETANO III. c. 19. [an. 589. ibid.] Et in Vormaciensi, c. 6. & in Moguntino sub Arnulpho, c. 4.

Ecclesia cum dotibus suis in Episcopi potestate consistit. Sic quidam contra omnem auctoritatem Ecclesiarum, quas ædificaverint, postulant consecrare, ut dotem, quam eidem Ecclesiis contulerint, ceaseant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum taliter a præterito corrigatur, ut & in futuro, ne fiat, prohibeatur: sed omnia secundum Constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

CORR. ROM. a Tuller. Sic est in antiquioribus editionibus, & duobus Vaticanis Conciliorum codicibus: fed in Colonienfi quatuor tomorum editione, & in codice Lucenfi Regio, & in Concilio Vormaciensi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo, quod factum, & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

III. Item EX CONCILIO II. CABILONENSI. [an. 813. in Gallia.] Ecclesie, & omnia jura earum ad ordinationem Episcopi pertinent.

Decretum est d, ut omnes Ecclesie cum dotibus suis, & decimis, & omnibus suis a, in Episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.

CORR. ROM. a Suis. In vulgatis sequatur, Juribus, quæ vox abest ab omnibus collatis manuscriptis. Apud Ivonem, & Burchardum est, omnibus rebus suis.

PITH. 1. Episcopi. Add. V. C. proprii.

IV. Item LEO Papa IV. in Epistola ad Episcopos Britanniarum, c. 2. [c. an. 850. Româ in Angliam.] Unaqueque parochia, Episcopi provisione regatur.

Regenda est unaqueque parochia sub provisione, ac tuitione Episcopi per Sacerdotes, vel ceteros Clericos, quos ipse cum Dei timore providerit, cui iure pertinere videtur, & circumire, ut sibi necessarium visum fuerit Ecclesiastica utilitate cogente.

PITH. 2. Regenda. Centur. tom. 8. p. 547.

V. Item EX CONCILIO ANTIOCHENO, c. 24. [an. 341. in Syria.] Iudicio & potestate Episcopi res Ecclesiastica gubernentur.

Quæcumque a res Ecclesie sunt, convenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia precipimus, provideat, atque iudicet, gubernari, & dispensari cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis anime videntur esse commissa.

CORR. ROM. a Quacumque. Græcè significantiùs, τὸ πᾶσι ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, id est, rectè habet, quæ Ecclesia sunt, ipsi Ecclesia servari oportere.

PITH. 3. Providet. V. C. provideat. Cum tua pervideas, nuncius ipse.

VI. Item EX CONCILIO TOLETANO IV. c. 32. [c. an. 633. in Hispania.] D d ij

GRATIAN. I. Pars.

Et in Vormaciensi, c. 6. & in Moguntino sub Arnulpho, c. 4.

Ivo, p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12. c. al. Canonum in Pannormia hoc modo, quod factum, & in præteritum num.